



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 122. Maximilianus defuncto Rege Ludovico ditioeess suas recuperare sollicitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

P. Danielis chronologiæ hac in re infi- Sæcul. XV.
 stimus. Denique Jacobus Cocterus a A.C. 1483.
 mortis supplicio liberatus, quinquaginta
 millium aureorum multam pendere jus-
 sus est, qui tamen postea reliquam bono-
 rum suorum partem, nemine deinceps in
 eum inquirente, satis tranquille posse-
 derat.

§. CXXII.

Maximilianus, defuncto Rege Ludovico, ditiones suas recuperare sollicitus.

Maximilianus Austriacus per Ludovici mortem potentissimo hoste liberatus, sibi persuasum habebat, sub Rege puero viribus imbecilli certam sibi parari viam ad recuperandas Provincias, quarum omnium dominium sibi jure competere contenebat. Quapropter exeunte hoc anno regii sanguinis Principibus per suos Legatos exposuit, se ad firmandum Atrebatense foedus vi adactum fuisse, nihilominus tamen velle se nuptias filiae suae ratas habere, dummodo aliae fancirentur conditiones. Dein ad suas quoque partes Ferdinandum & Isabellam Castellae Reges trahere nitebatur, pollicitus, se ad recuperandum Ruscinonensem Comitatum suppetias laturum; insuper Britanniae Ducem, cujus amicitiam o-

Sæcul. XV.
A.C. 1483.

lim missam fecerat, innovato foedere
devincire satagit. Ad Lotharingiæ Du-
cem suos quoque decrevit Legatos, qui
cum eo de armorum societate adven-
turi Franciam ineunda agerent, nec non Bur-
gundionum etiam animos sollicitè explora-
rari iussit, ut eos consiliis suis propensè
redderet, hancque in rem apud Com-
mune extant mandata quæ Archiepiscopus
Olivario Marchiano ad præcipuos Fran-
ciæ Principes pro revocando Atrebatensi
tractatu ablegato dederat, scriptaque leguntur
anno præsentis millesimo quadringentesimo
octogesimo tertio, quo etiam tempore Casp-
aro de Lopia datæ fuerunt literæ ad Castellæ
Regem, aliæ Longueil & Brangesio ad
Britanniæ Ducem deferendæ. Nec minus unacum
literæ ablegabantur ad Lotharingiæ Ducem
Favium, ad Burgundiones autem Tulogonum
& Autrejus, quorum ultimo etiam tradebatur
epistola eo consilio concepta, ut Novicastrensem
Toparcham Marecalli Burgundici Filium
Archiducem devinciret; hic enim tempore
deserviens relicto Maximiliani obsequio sua
Ludovico XI. Galliarum Regi devoverat.

*Longueil
Branges Fay
Toulegeon.
Autrey*